parata sed insufficiens scien-
tia/ fateor satis expaui/ sciens
honestius mihi esse de rebus
tam magnis tacere quam in-
digne aliquid scribere/. Fratre
vero predicto crebrius et im-
portunius me ad scribendum
adhortante ejus consilio et
caritate inductus/ spem ha-
bens in beatam Elyzabeth/
acquieui/ ~~acquieui~~ ausum me-
um committens gratie diui-
ne. Nam magister Conra-
dus ejus institutor ante
mortem suam sicut ex
diuersorum relacione didici
hoc ipsum opus exiguitati
mei injungere proposuerat.
Et quia sancta illa simplici-
ter et humiliter in hoc mun-
do vixit/ puto quod plus dele-
detur/ si ejusdem sancte conuer-
sacionis simplicitas stilo sim-
plici veritate historie serua-
ta illustretur/ quam si ad
sciencie secularis ostensionem
floribus rethoricis decoretur.
Quam grata deo fuerit
sancte hujus conuersacio